

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**EXEGESIS || DIVINAE ATQVE || HVMANAE KOI-||nōnias. ||  
Autore PETRO BOQVINO || D. Theologo.|| ... ||**

**Bouquin, Pierre**

**Heidelberg, 1561**

Cap. XI. De coena domini

[urn:nbn:de:bsz:31-248509](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248509)

*Convicia*, siue copulatio. Meminisse enim semper debemus, conferri parua magnis: & hæc cœlestia esse, hoc est diuinissima, & spiritualissima. Quid si dicamus rãtis per dum in hoc mortali corpore agimus, hoc est, ut Paulus affirmat, peregrè absumus à Dño, esse tantū inter nos, & sponsum Christum contracta spōsalia, & expectari plenā copulationem? An nō id erit prorsus literis sacris cōsentiens? Quantū aut nuptiæ à sponsalib. seu inchoata à perfectis differāt, quis est tam rerū imperitus qui nesciat? Verūm de his satis.

*De cœna Domini.*

CAP. XI.

**A**D sacramentorū rectam cognitionem, & certam dijudicationem in primis duo consideranda esse mihi uidentur. nempe uerba, quibus est usus qui ea instituit: & exteriora signa, quæ adhibere iussit. Nam ut ista duo maximam inter se cognationem atq; similitudinem habere solent: ita

*Sacramentorum uerba & elementa consideranda sunt.*

f s pul

pulchre & euidenter exprimūt sacramentorum usum seu officium. indeq̄ peti maximè potest, atq̄ debet, quid à sese differāt, & qua in re cōsentiant. De controuersijs hodiernis nimis infaustis dicere nunc nō institui: in presentia demonstrare uolo, per cœnam Dom. nequaquam nouam iniri cum Christo eiusue corpore *ἡδυνάμω*, diuersam ab ea de qua ante Paulum & Iohānem loquētes audiuimus: quam ue per Euangelij prædicationem inchoari atq̄ iniri, per Baptismum obli gnari & coire diximus: sed eandem esse quæ per secundū istud sacramentum plenius coalescit, continetur, ac quantum in hac mortalitate conceditur, etiam perficitur. Cuius rei probationem non est opus ut longè petamus, aliundeq̄ asciscamus, cum certissima simul & euidentissima sit inspsare. Siquidem quod dico cognosci colligiq̄ facile posse arbitror, tum ex ipsis elementis seu symbolis, tum  
 ex uet

*ἡδυνάμω*



ex verbis institutiōis. Ad prius quod *Signa Do-*  
 attinet, ut panis atq; uinū sumpta at- *minica ce-*  
 que hausta, ut ille ait, arctissimā pio- *ne excutiū-*  
 rum cum Christo coniunctiōē mire *tur.*  
 exprimunt: & ad carnis ipsius uim ui-  
 uificam animis altē imprimendam, si  
 attentē cōsiderentur, penitiusq; intro-  
 spiciantur, ualent plurimū: ita clarissi-  
 me significāt in eo mysterio uitā non  
 conferri nouam, neq; accipi, neq; eo  
 etiā institutam esse sine: uerū ut pri-  
 us acceptam alat, foueat, cōtineat, au-  
 geat. Qui sana sunt mēte facile intelli-  
 gunt, quod etiam omnes fatent, nihil  
 esse à Christo temerē institutū: & non  
 uerba solū ipsa, sed etiam facta omnia  
 sapientiē esse plenissima. inde etiā pe-  
 ti posse plurima quæ ad pietatem, ani-  
 mos eius studiosos præclarē ualeant  
 informare, norunt qui experiunt. In  
 sacrificijs & ceremonijs Mosaicis,  
 multum piæ huius eruditionis fuisse  
 reconditum, maiores nostri iudica-  
 runt: & in ea eruenda, magni pleriq;

uiri nō omnino malē ingenti exercue-  
 runt acumen: an ipsis cedere putabi-  
 mus quæ in nouo Testamento ipse  
 instituit Christus, cum ista, ut ante ex  
 Augustino est recitatum, & significa-  
 tu præstantissima & intellectu augu-  
 stissima sint? Aqua Baptismi de mul-  
 tis erudire nos potest, si attendamus:  
 de uarijs etiam commonefaciet, silo-  
 quentem audire uolumus, cedent ne  
 ei cœnæ Dominicæ symbola? Imò ue-  
 rò sunt haud dubiè pijs instar speculi  
 cuiusdam, in quo res multas atq; ma-  
 gnas intuentur. Peruulgata sententia  
 atq; publico consensu approbata cō-  
 firmataq; est. Id esse credentium ani-  
 mis corpus atq; sanguinē Christi, qd  
 sunt corpori panis atq; uinum. Nunc  
 uerò cogitetur an ista corpori uitam  
 quandam recentem adferant, atq; in  
 illud inferant: an potius quæ in ipso  
 prius erat alant, foueant, recreent, sus-  
 tineant, augeant robur atq; uires ad-  
 dendo nouas? Diximus Baptismum  
 rena-



renascentiæ ornari titulo: insitionis e Baptismus  
 tiam metaphora ipsius officium scitè regeneratio  
 notatum esse audiuius: nunquid ue appellatur,  
 rò ea manifestè indicant atque testifi-  
 cantur, tum iniri societatem, uitamq;  
 accipi nouam: Si postea illam diri-  
 mi, & hanc amitti usuueniat (ut non  
 rarò fit) nunquid ea per resipiscentiã  
 recuperari possunt, solent, atque de-  
 bent: Quidam ueterum neque ma-  
 lè, neque ineptè, meo iudicio, resipi-  
 scentiam appellarunt secundam post  
 naufragium tabulam. Istam uerò præ-  
 re debere mensam Domini, & Paulus  
 docet: & uetus Ecclesiæ disciplina in  
 lapsos, & quæ apud multos flagitatur  
 peccatorum confessio, & deniq; ex-  
 communicationis seueritas (quæ in  
 bene constitutis Ecclesijs adhiberi so-  
 let) manifestè testificantur. Atqui a-  
 nimæ uita (de qua in præsentia agi-  
 tur) sine Christo, imò ne quidem sine  
 ipsius carne atque sanguine, uel esse,  
 uel consistere nulla potest. Nam si po-  
 test,

Gal. 2.

test, frustra carnem ipsum induisse dicam, imò asseuerabo cum Paulo, frustra mortuum ipsum esse: neq; temere asseuerabo, cum ipsa Dominicæ cœnæ uerba clarè significant, nō alia de causa in crucem ipsum actum fuisse, quàm ut mortem aboleret, atque

Cœnâ Dominicâ Paulus 7 gen-  
sus uocat.

uitam restitueret. Porrò hoc mysterium Paulus an temere atq; fortuito, an uerò certo cōsilio & destinato hanc cœnam, mēsam Domini nūcupauit? Qui sit mensæ usus, quis tam est stupidus ut nesciat? Vnius Chrysoptomi uerba pauca hīc ascribam, ne quis me putet ista temere urgere, & intelligāt piij, posse in istis etiam pietatis documenta inueniri. inquit enim: *Multa*

Homil. in  
Matt. 83.

*matres post partum alijs nutricibus infantes suos dederunt, quod ipse facere noluit: sed proprio corpore nos alit, & sibi coniungit atq; agglutinat. Vir & pius & doctus, sentit ipsum Christū piētissimæ matris instar, quos antè genuit,*

mit, d  
quid ali  
donauit  
Porrò g  
dicatione  
testant  
uratione  
liquum i  
fius symb  
nutricati  
corpore  
Cater  
nemo est  
Christi,  
nem, not  
ulum. E  
& magi  
Quoties  
hunc, n  
Voluit  
stus. A  
mortis  
spicier



ruit, deinde alere quoque. Illud uerò  
quid aliud est, quam eam quam prius  
donauit uitam tueri & conseruare?

Porrò gigni filios Dei per uerbi præ-<sup>1 Cor. 4o.</sup>  
dicationem, & Paulus & Petrus aper-<sup>1 Pct. 1o.</sup>  
tè testantur. Baptismum etiam rege-  
nerationem obsignare docuimus: re-  
liquum igitur est ut dicamus, sacris i-  
stis symbolis panis atq; uini, obsignari  
nutricationē, quam credens à Christi  
corpore et sanguine haurit atq; sumit.

Caterum ad uerba quod attinet,  
nemo est qui non fateatur uerbis illis  
Christi, *Hoc facite in mei recordatio-*  
*nam*, notari proprium mysterij istius  
usum. Eum autem Paulus & pluribus  
& magis perspicuis uerbis exposuit.

*Verba Do-*  
*minice cœ-*  
*nae expen-*  
*duntur.*

*Quotiescunque, inquit, ederitis panem-*  
*hunc, mortem Domini annunciabitis.*

Voluit itaque *μνημόσυνον* sui esse Chri-  
stus. Apostolus uerò nominatim ad  
mortis accommodat memoriam: re-  
spiciens, quantum iudico, illa uerba  
Christi



Christi instituentis, Corpus quod pro  
 vobis datur. Sanguis qui pro peccato-  
 rum remissione effunditur. At uerò an-  
 tè demonstratum est ex eiusdem A-  
 postoli sententia, nos in Christi mor-  
 tem baptifatos, perq; sanguinis ipsius  
 ablutionem regeneratos esse, atque  
 adeò filios Dei nos esse effectos. Hu-  
 ius tanti beneficij perpetuò memo-  
 res nos esse uoluit: & sentire ab ea  
 morte per quam uitam contulit, ean-  
 dem contineri. quod ne excideret ani-  
 mo (ut in ista tanta carnis infirmitate  
 est admodum procliue) excitare eius  
 memoriam crebra huius mysterij ce-  
 lebratione iussit.

Lib. 20. ca-  
 pit. 21. Augustinus Fausti Manichæi calu-  
 rnias depellens, multa de sacrificio  
 Christianorum scitè, sed istud scitissi-  
 mè scribit: *Huius sacrificij caro & san-  
 guis ante aduentum Christi per uicti-  
 mas similitudinum promittebatur, in  
 passione*

passione Christi per ipsam ueritatē red-  
debat: post ascensum Christi per sa-  
cramentum memoria celebratur.

Chrysostomus cum Paschate Iudaico  
hac in parte hoc nostrum componit:

Hom. 8, in  
Matt.

Ut enim dixerat Moses, Hoc aeternum  
memoriale uobis erit: ita Christus ait:

Hoc in mei memoriam facite donec ue-  
niam. Bernardus eleganter antithesi-

In Canticis  
Scr. 11.

bus ex Apostolo petitis ludens, mani-  
festē idem demonstrat. Fidem speciei,  
speculo uultum, memoriae praesentia  
opponit: & illa praesenti tempori, haec  
futuro ex eiusdem Apostoli iudicio  
destinata esse affirmat. Recitatur etiā  
uulgo eulogium huius sacri conuiuij,  
in quo & illud recte inseritur, *Recolitur*

*memoria passionis eius.* Quid? Ipsa  
administratio ratio etiam id docet.  
Nam Baptismus repetere, piaculare  
esse censetur, idē recte. Cæna Domi-  
nica quo frequentius repetitur, si mo-  
dò re-

Baptismus  
non reitera-  
tur ut Cæ-  
na.



do piē legitimeq; fiat, eo melius ferēs  
habere & dicitur, & creditur. Quor-  
sum? An non quia secundò nasci est  
non solum paradoxum, sed etiam, ut  
Ioh. 3. recte iudicabat Nicodemus, *αδωια-  
70p*: alimentū uerò ad semel receptam  
uitam fouēdam atq; continendā, cre-  
brò sumere necessitas ipsa impellit?

Præsentia  
corporis  
Christi in  
cæna.

Neq; est quòd quisquam inde cor-  
poris Christi ex ista mensa præsentia  
tollit, & absentia statui aut putet, aut  
dicat. Imò omnino stabilē præsentia,  
cum asserit *νοινωv αυ* fieri. Quomodo  
eī ea coire aut coalescere posset in-  
terres absentes? Quomodo alet, fouē-  
bit, sustinebit cibus, qui non adest?  
Equidem *αυδωvης*; esse dicitur Cæna  
Rom. 6. Domini, at nō corporis aut sanguinis  
Christi, sed ipsius mortis, quam semel  
obiuit, amplius nō subiturus, Apосто-  
lo teste. Ista memoria, præsentia cor-  
poris quod immortalitatē moriendo  
recepit, nequaquam aufert, aut cum ea  
pugnat. Tantum illud conficitur, eius  
esse

esse generis præsentia, cuius est *divina*.  
 Corpoream, crassam, carneam esse,  
 est prorsus absurdum, non rationi hu-  
 manæ, sed fidei, quæ uerbo Dei nititur,  
 ipsum intuetur perpetuò, atq; sequitur.  
 Cùm ea, quæ in Baptismo coit, per cœ-  
 nam continuet, eiusdem rationis esse  
 utranq; oportet. Initiale esse sacra-  
 mentum istud lauacrum hodiè, ut olim  
 circumcisionem docti atq; pii pleriq;  
 omnes scribunt, Scholastici etiam sa-  
 cramentorum ianuam appellant nimirum  
 quia tum primum, ut dictum est,  
 inserimur Christo capiti, atq; corpori  
 ipsius, hoc est Ecclesiæ. Præsentia igitur  
 & capitis & corporis est necessaria,  
 cum fiat cum utroq; cõiunctio. Quo-  
 modo uiueret membrum à suo capite  
 diuulsum, & à suo corpore seiunctum?  
 cùm de capite loquor, ipsum etiã Chri-  
 sti corpus intelligo. Nã sine eius car-  
 ne nulla uita, nulla salus esse potest. si  
 quidẽ ea una est ad hæc haurienda &  
 accipienda selectum destinatumq;  
 diuinitus



diuinitus organū. Verūm quis nescit  
 fidem postulare ut non alia præsentie  
 species statuatur in capite, quam cor-  
 pore toto? Si loci in isto nulla imagi-  
 natio admittitur, cur in illo admitte-  
 nedum flagitabit? Chrysoft. & æmu-  
 lus ipsius Theophylactus enarrantes  
 locum Pauli: *In uno spiritu omnes nos  
 in unū corpus baptisati sumus*, scribūt.  
*Baptisatos nos esse, ut unum omnes cor-  
 pus simus: adeoq̄ disiunctos, tantoq̄ di-  
 stantes in intervallo spiritum unū, nos om-  
 nes coniungere atq̄ unire.* Eusebius lib.  
 i. cap. ii. Eccl. hist. ex Iosepho scribit,  
 Iohannem Baptistam, Baptismo in u-  
 num conciliari præcepisse. Comple-  
 ctitur aut unum Christi corpus, non  
 solum pios omnes ubiuis gentiū ho-  
 die dispersos, sed etiā iam inde ab A-  
 bele iusto uita functos, atque adeo ut  
 plerisq̄ placet, ipsos etiā Angelos,  
 qui Christi atq̄ Dei iam fruunt con-  
 spectu,

euin

spectu. Quomodo uerò corpus istud  
 coalescere potest nisi diuina ui Spiri-  
 tus sancti: præsentia hæc est occulta  
 quidem, sed uera tamē. imo tanto ue-  
 rior, tantoq; diuiniior, quanto occulti  
 or. Cuius generis, & quibus in rebus  
 sita sit ista corporis Christi, hoc est  
 sanctorū, ut in symbolo recitatur *in*  
*uocata*, literæ ipsæ sacrę satis euidenter  
 docent. Paulus exhortaturus Ephe-  
 sios ad colendam pacem atq; unita-  
 tem, multa congerit in eam rem argu-  
 menta, huc petinentia. inquit enim:  
*Unum corpus & unus spiritus, sicut & Cap. 4:*  
*uocati estis in unam spem uocationis. u-*  
*nus Deus & pater omnium, qui est*  
*super omnia, & per omnia, & in omni*  
*bus uobis. Sunt etiam pleraq; 1. Cor. 12.*  
 quæ isti conueniunt argumēto: Sed  
 in conclusione posterioris Epistolæ  
 ad Cori. non minus eleganter quàm  
 breuiter summa capita notant nem-

g pe.



pe. Gratia Domini Iesu Christi, charitate Dei, & Spiritus sancti communio. Eodem pertinet quod idem Apostolus Titum, filium uocat *ἄλλο τῶν Ἰουδαίων* & quod *ἄλλο τῶν Ἰουδαίων* nominat Iudas. tanta huius societatis uis est ut longissimi me a se distantes, earundem afflictionum *συκοφαντίας* reddat. *ἄλλο τῶν Ἰουδαίων* itaque haec tum cum capite, tum cum corpore coit per Euangelij praedicationem, Baptismo obsignat, Domini uero mensa etiam continetur atque perficitur. In hac sane mensa eius quae est membrorum inter sese societatis, non commonefactionem tantum, nobis exhiberi, sed etiam sigillum dari agnouit Paulus: & ea de re Corinthios commonefecit, ut ipsos ab idololatrarum coetibus frequentandis auocaret. ad Ecclesiamque sacros conuetus (in quibus hoc *ἄλλο τῶν Ἰουδαίων* mysterium celebratur) colendos excitaret. Nam ueriusque communionis, hoc est quae cum capite Christo & cum corpore ipsius est

Heb. 10.



et, disert  
elle, et  
Vraque co  
athore, t  
nit ratio  
illis obli  
ministeri  
um in fit  
Nec est  
tem in pa  
tice pecu  
noniam  
perturbar  
Christi  
mo eius  
tus. P  
grauissim  
tis tum d  
trimus  
Nul  
numqu  
ginis D  
quando

est, disertè meminit. Eas itaq; separare uelle, est à capite corpus diuellere. Vtraq; eodem fit momento, eodem authore, nempe spiritu, cōstat, eadem coit ratione, & confirmatur, eisdem sigillis obsignatur. utriq; etiam seruit ministerium totum, à Christo ad eam rem institutum.

Nec est quod affingamus hac quidem in parte quicquam cœnæ Domini cœnæ peculiare, nisi totam istam harmoniam tam bene convenientem perturbare atque dissoluere, et doctrinæ Christianæ consensum discindere, imò eius fundamenta concutere, uolumus. Profectò Augustinus author grauisissimus, & indogmatis Christianis tum dijudicandis, tum tuendis acerrimus, clarè testatur:

*Nulli aliquatenus esse dubitandū,  
unumquēque fidelium corporis & sanguinis Domini tunc esse participem,  
quando in Baptismate membrum effi-*

g 2 citur



citur Christi, nec alienari ab illius panis  
 calicisque consortio, etiamsi antequam  
 panem illum comedat, calicemq; bibat,  
 de hoc seculo migrauerit, in unitate cor-  
 poris Christi constitutus. Sacramenti  
 quippe illius participatione ac beneficio  
 non priuatur, quando in ipso hoc quod  
 Sacramentū significat inuenitur. Qui-  
 bus non solum uerba, sed etiam ratio-  
 nes scriptoris optimi nō setisfacient,  
 nihil satisfacere posse arbitror: Asse-  
 uerat autē ueram in Baptismate cum  
 Christo eiusq; corpore iniri *ubi uiuunt*:  
 simulque iam tum fieri participes  
 eos qui credunt, eius rei quæ pane at-  
 que uino Dominicæ Cœnæ signifi-  
 cantur. Hæc sententia cum etiam in  
 Canonum rapsodiam relata sit, dubi-  
 tandi omnem occasionem præscin-  
 dit. Exrant & aliæ plerūque eiusdem  
 scriptoris, præsertim in suis illis Com-  
 mentarijs in Iohannem, quæ etiam  
 istam

istam cōfirmant, ne quis ipsi excidisse suspicetur. Vnam præsentia Christi speciem Baptismo & Dominicæ Cœnæ assignat, ac pãssim ea inter se coniungit.

Quod si quis roget cur Apostolus isti cœnæ mysterio nominatim *10:16-17* tribuat, quam etiam antiquitas tota in hoc est secuta. Responderi quidem potest, satis superq̃ constare ex notatis iam locis, non isti soli, sed reliquis quoq̃, adeoq̃ toti mīnisterio tribui, tamen placet potius hīc ascribere sententiam scriptoris libri de Ecclesiastica Hierar. quicumque tandem sit ille. Eam autem ascribo quod ipsi plurimum deferendum hac in parte censeam. Primum, quia est scriptis sacris consentanea, deinde analogiæ sacramentorum pulchrè respondet, totamque rem sacramentariam, atq̃ adeo mīnisteriū totum mire illustrat: demum apparet eam publico, quantum erat Ecclesiæ consensu com-

g 3 proba



Prime par  
tis cap. 3.

probatam, cōfirmatamq; fuisse. Tra-  
ctat autem scriptor iste eam questio-  
nem ex professo. *Primum, inquit, il-  
lud piè inspiciendum, cuius rei gratia,  
quod alijs quoque uenerandis, diuinisq;  
mysterijs commune uocabulum est, huic  
præ cæteris præcipuè atque peculiariter  
applicetur, ut singulariter communio  
siue societas, & synaxis siue collectio di-  
catur. Nempe enim & unaquæque sa-  
cramentalis institutio id agit, ut no-  
stras uitas in plura diuisas, in unicum  
illum statum (quo Deo iungimur) colli-  
gat, diuiduorumq; nostrorum diuina  
collectione, nobis eius quod uerè unum  
est, societatem unitatemq; indiuiduam  
largiatur. Dicimus ergo cætera sacra-  
rum rerum signa, quorum nobis socie-  
tas indulgetur, huius diuinis profecto,  
consuma*

*consummationibusque muneribus perfici.*  
*Neque enim ferme fas est sacerdotalis*  
*muneris mysterium aliquod peragi, nisi*  
*diuinum istud Eucharistia, augustissi-*  
*mumque sacramentum compleat, &c.*  
*Paulo post: Si igitur unumquodque sa-*  
*cerdotale mysterium ex se imperfectum,*  
*nostram ad illud unum communionem*  
*collectionemque non perficit, ac per id quod*  
*perficiendum non habet, ferme etiam*  
*nomen amittit.* Clara sunt huius scri-  
 ptoris uerba, aperta sententia est, et pul-  
 cherrima ratione confirmata. Audi-  
 mus unum esse mysteriorum omnium  
 scopum, nempe ut nos diuisos adu-  
 nent, uniant, coniungant ei qui uere  
 unum est, nimirum Deo. Istud uero  
 eucharistiae augustissimum sacramen-  
 tum peculiariter appellari *κοινωνία* &  
*συνάξιν*, atque titulis talibus praefer-  
 tum ornari, quod perficiat, & comple-



at quæ alia inchoant, appellat enim nominatim eucharistiam  $\kappa\lambda\epsilon\iota\tau\acute{\iota}\nu\ \kappa\lambda\epsilon\iota\tau\acute{\iota}\nu$  ut Synesius.  $\kappa\lambda\epsilon\iota\tau\acute{\iota}\nu\ \alpha\ \pi\acute{o}\rho\epsilon\theta\ \tau\omicron\upsilon$ . Inde quæ ueteris Ecclesiæ sententia fuerit, quæ ue nostra esse debeat, nisi aberrare uolumus, cognosci intelligi quæ facile posse iudico,

*De Hemine.*

CAP. XII.

**O**Mnium recte sententium iudicio, Sapientia uera constat, atque consumatur uera Dei, atque nostri cognitione: utranque solæ literæ sacrae uerè, atque certò tradunt. Nam ut de Deo, exteri multa impia, ineptaque cõfingunt, ita de homine, eiusque uel dignitate, uel uiribus plurima non incerta tantum, sed etiam uana aperteque falsa asseuerant, aut uerius nugantur. Quare qui ipsorum placita, potius quam diuina oracula, audire sequiq; malunt, non possunt non aberrare

aberrare  
cepim  
tur, & q  
homine  
uoluerit  
expofuit  
& que ip  
atq; bre  
et locie  
gratuito  
munion  
rima & i  
mus. Nu  
nefaciur  
illa ad  
tat enim  
ni inger  
ingratit  
monet  
lo, & p  
etiam s  
Quam  
fuaifst  
dilexit